

sare[m] conflixit, euentum prælij euiden-  
 tissimis prodigiis prænotatum ferunt:  
 primum omnium Dyrrachio Theſſaliam  
 verſus iter arripiens, inſœlix Dux, multo  
 tonitru crebrisque fulminibus exceptus  
 eſt. En prodigia æſtius præſertim menſi-  
 bus? Poterat quidem ſubſiſtere dilato  
 profectio[n]is die, Hannibalis cautiffimi  
 Ducis exemplo, quem mœnia Romanæ  
 urbis aggreſſurum, bis terque repulſum  
 tēpeſtate nouimus, & profectò arbitror,  
 ſi Dux illi exercitui fuiſſet Auguſtus, qui  
 alteri non multis annis poſtea Dux, in eiſ-  
 dem campis fuit, retroceſſiſſet, vtique  
 quem ſemper & vbique (vt Tranquillus  
 ait) pellem vituli marini, circumferre,  
 pro remedio atque omnem maioris tem-  
 peſtatis ſuſpicionem, in abditum & ca-  
 uernarum locum ſe recipere ſolitum ac-  
 cepimus: at Pompeius quia fulmina mi-  
 nutiora non timuit, aduerſus maximum  
 & violentiſſimum fulmen Cæſaris pug-  
 naturus, Religiones & Decorum portenta  
 neglexiſſe reprehenditur. Nam quod  
 apum examina circum ſigna volitarunt,  
 quid niſi mellis & ceræ copiam, quod ſo-  
 nus tympanorum Pergami in penetrali-  
 bus templorum auditus eſt, quid niſi læ-  
 C. ij.

C. ij.